fol. 88r cis patibulum sustinere dignatus est, et tollet rex Romanorum coro⟨nam⟩ de capite suo et ponet eam super cervicem[c] suam[c], exten⟨dit⟩[d] manus suas ad celum *94,6ff.* et tradit spiritum suum Dominum[e] et regnum christianorum et tunc apparebit signum crucis in celo et post haec venit filius perdicionis, qui est antichristus. *94,18ff.* Putat se quasi Deus et faciet signa et prodigia multa super terram, ⟨ut⟩ ceci videant[f], claudi ambulent, surdi audiunt, mortui quasi resurgunt, convertit sol in tenebras, luna in sanguine et seducit multos, etiam si fieri po[s]test, ut electi *95,6ff.* in errore indu⟨c⟩antur. Ingredietur autem in Hierusolimam et sedebit in templo Dei, putat se quasi ut Deus sit et erit exaltatum cor eius nimis, cum ⟨sit⟩ homo ex semine viri filius mulieris de tribu Dan et erit fallax et mendax et *95,14ff.* fraudulencia seducit multos. Post haec mittit Dominus duos suos famulos sincerissimus Enoc et Eliam, qui in eius testimonium reservati fuerunt, ad arguendum ipsum inimicum et tunc erunt novissimi [et] primi et erunt Iudei credituri. Elias autem et Enoc arguent eum coram omnes[g] gentes[g] et ostendent ⟨eum⟩ mendacem et confusum esse adque fallacem. Videntes eum multas gentes mendacem ipsum convertentes et ad sanctos Dei convictum, dimittent[h] illum[h] et fugiunt ab eo[i] et adherebunt[k] se ad sanctis illis[k]. Cum autem se viderit ipse seductor damnatum adque confusum a sanctis Dei, et tunc Iudei credituri erunt in Christo[36] et ex omni tribu Israhil erunt interfecti pro *96,1ff.* Christo CXLIIII ⟨milia⟩. Tunc antechristus furore[l] repletus[l] iubet sanctos *fol. 88v* Dei interficere et qui eos fuerint credituri. Et tunc venit Dominus noster Iesus Christus, filius Dei vivi, in nubibus celi cum agmina angelorum et gloria celestis. Stat⟨im⟩ interficit antichristum bestiam et inimicum et seductorem gladio[m] oris sui et qui in illo consenserunt et erit consummacio seculi et erit iudicium, ubi erunt milia milium et decies centena milia angelorum, arch-

---

215 dignitus *Z* 218 antichristus *korr. aus* antechristus *Z* 219 et *GLO,* sed *Z;* ut *ergänzt aus GLO;* ceci *korr. aus* cieci *Z* 220 ambulent *korr. aus* ambulant *Z;* audiunt *korr. aus* audient *Z* 221 sanguine: *erstes* n *über der Zeile Z* 222 in (*an 2. Stelle*) *über der Zeile Z* 223 sit *ergänzt aus α GLO* 224 fallas *Z* 227 et *vor* primi *fehlt GLO* 229 eum *ergänzt aus GLO* 230 mendacem ipsum convertentes: mendatium ipsum proferentem *GO* (*fehlt L*) 234 milia *ergänzt aus GLO* 237 statim *korr. aus GLO;* antichristum *korr. aus* antechristum *Z*

---

c) crucem d) expandit e) Deo et patri f) respiciunt g) omnem hominem h) sinent eum i) illo k–k) adherebunt iustis illis l) furor et ira fervens m) spiritu

---

36) Vgl. Isidori De fide catholica contra Iudaeos II, 5, 1 sqq. (ed. Migne PL 83 p. 508 sqq.).